

Sebastian Wirdig

Lectiones suas Medicas Publice auspicatorum Sebastianus Wirdig/ D. & Prof. Ordinarius, Institutiones Medicinae auditorum Eximios Dnn. Studiosos, artis medicae Cultores industrios, Publico hoc Programmate amice invitat

Rostochii: Kilius, [1655]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730120236>

Druck Freier  Zugang



RU med. 1655

Sebastian Wirdig



Bonocum DEO!

Lectiones suas Medicas

Publicè auspicatorus

SEBASTIANUS *Wirdig*/ D.

& Prof. Ordinarius,

Institutiones Medicinæ audituros


Eximios Dnn. Studiosos, artis medicæ Cultores industrios,

Publico hoc Programme amicè invitat.

ROSTOCHII Typis, Hæredum NICOLAI KILII, Academ. Typ.

R. U. med. 7655





Lecturis salutem & officia—!



Artem nostram Medicam non ita angustis, ut vulgus sibi persuadet, cancellis & terminis inclusam, definitam & circumscriptam, sed amplissimam esse, docet variarum rerum, quæ à Medico requiruntur haud trivialis, sed exquisitissima, copiosissima cognitio.

Priusquam enim finem suum ultimum assequatur Medicus, opus habet cum primis inexhaustam rerum naturalium, utpote totius Physices, non superficiali dumtaxat, sed exactam scientiam, infinitarum ferme plantarum, herbarum, fruticum, arborum cognitione, quarum primas, secundas nec non occultas qualitates, facultates juxta ac vires optimè perspectas habeat: sciat admirabilem corporis humani structuram, quibus musculis quæ membra cohæreant, quibus venulis

)o(

quis

quis sanguis fundatur, quæ intestina quo loco
ponantur: mirificas viscerum cognitæ habeat
actiones, divinas facultates, inexplicabiles fun-
ctiones & operationes.

Non tantum autem sola exquisitâ rerum natura-
lium ut & sanitatis, sed insuper etiam morbo-
rum quorumcunq; eorundem causarum, itemq;
symptomatum cognitione opus habet. Sciat
nimirum morborum essentias, subjectum, diffe-
rentias tam essentielles quam accidentales; &
cum ille demum felix dicendus, qui rerum pote-
rit cognoscere causas, utiq; & Medicus mor-
borum causas, ut præ quovis Empirico felix sit,
diciq; mereatur, cognoscat; cum nullares per-
fectè nisi causis cognitæ, cognosci: neq; mor-
bi nisi causæ eorundem evitentur, vitari; nec ii-
dem, nisi causæ, si adsint tollantur, eradicentur,
tollî possint.

Et quidem multiplici jam dictâ rerum variarum
noticia nondum exhausta nec contenta est no-
stra Medicina, sed uberiores insuper pro fine
suo consequendo à Medico cognitionem, do-
ctrinam nimirum quam Semioticam vocant, me-
thodum videlicet ac viam, quâ præsens cujusq;
hominis cum sani tum ægri constitutio agnosci,
latentes in individuis morbi per signa investigari,
& quid

2

& quid de exitu eorundem & eventu sperandum sit, cognosci potest, requirit: cujus utilitas ea est, quod dum ægri ea, quæ sibi eveniunt, jam Medico cognita vident, ei magis fidunt ejusq; præceptis obediunt; Medicus verò dum prævidet ea, quæ ægris sunt eventura, tempestivè iis occurrere, & vulgi etiam calumnias evitare potest, dum ea quæ futura sunt, prædicat, nec optima etiam & generosa medicamenta desperatis exhibendo prostituit, infamat. Callet Medicus Dogmaticus beneficio hujus doctrinæ sanum corpus ab ægro discernere, morbum, ejusdem causas etiam intro furtim latitantes quasi coram videt, aspicit, sanitatem, morbi eventum cum omnium admiratione & stupore præfagit: quæ omnia præterquam quod Medico scitu sunt admodum necessaria, singularem insuper quandam autoritatem ipsi & confidentiam insignem ægroti in Medicum conciliant, & quorumvis etiam morborum maturant curationes, easq; promovent.

Nec ea absoluta sufficiunt Medico, est enim alia adhuc Medicinæ pars, ut antiqua, ita scitu digna, *ἔμπειρος* quæ dicitur, quæ ob suam non tantum necessitatem, sed etiam utilitatem cognitam habeat fidelis Medicus. In quantum enim in mor-

)o(

bos

3

bos non cecidisse præstat, tantum & ista de conservanda valetudine cognitio Therapeutica præstare in confesso est, exhibet enim quâ ratione præsens sanitas conservari, & quomodo, ne homo in morbos incidat, quantum possibile est, præcaveri possit, docet.

Et quod in arte nostra palmarium est, Therapeuticam, quæ unica olim neglectis omnibus jam enumeratis Medicos creabat, ad unguem cognitam & exquisitè perspectam habeat Medici titulo & nomine superbiens Medicus. Hæc quâ ratione sanitas amissa restitui, morbi ac eorundem causæ & symptomata depelli possint, unicè monstrat, docet. Sciat hîc opus est, medicamenta, eorundem facultates primas, secundas, totius substantiæ, seu occultarum qualitatum, calleat integram Chirurgiam, Universam Pharmacopœam, medicamenta non tantum formulis seu Receptis præscribere & dispensare, sed etiam manu suâ omnia præparare, doses justas ac debita lance trutinare, & nil quod ad amissam sanitatem restituendam & recuperandam requireretur, intermittere, nedum ignorare.

Sufficere quidem possent hæcenus enumerata bene cognita, fideli Medico, nisi morborum quorundam, ex concumulatis exulcerati seculi nostri

nostri viciis, contumacia vulgaribus defecatiore,
penetrantiora, generosiora exigeret medica-
menta, quæ sola Chemia nobis suppeditat, exqui-
sitè præparat. Chemia nimirum Medico scitu
dignissima, maximeq; necessaria, sed amplissima,
difficillima, ædiosissima, periculosissima. Am-
plissima, cum tria sub se contineat regna: anima-
le nimirum, vegetabile & minerale, ex quibus
infinita conficitur medicamenta, ut defecata, ita
agendo liberrima. Talia sunt aquæ destillatæ,
Spiritus simplices & compositi, elixiria, tincturæ,
extracta, olea, flores, liquores, magisteria, croci,
aliaq; quæ amplurima. Ut autem medicamenta jam-
dicta legitimè præparet, purum ab impuro se-
cernat, citò, tutò & jucundè quosvis ægrotos iis-
dem restituat, infinitis etiam operationibus &
præparationibus, opus habet; calleat enim de-
stillare, cohobare, rectificare, digerere, ferment-
tare, sublimare, crystallizare, aliaq; quæ ampluri-
ma; quæ operationes, cum non tantum sint nu-
merosæ, sed etiam operosæ, difficiles, ædiosæ &
periculosæ non rarò, non uno addiscuntur anno,
sed plures hisce interdum consumimus; hinc etiam
teste Gebro Chemia non quemvis delicatulum,
sed industrium, laboriosum maximè, constan-
tem, sanum & firmis viribus requirit Cultorem.

Ne

5

X
Ne autem Medicinæ Tyrones hac artis nostræ am-
plitudine â studio Medico absterreantur, omnes
& singulas has fusiùs enumeratas artis nostræ par-
tes in Synopsi quâdam Dnn. Studiosis Medicinæ
publicè enarrare & proponere animus est; imi-
taturus hoc in negotio Præceptorem olim me-
um celeberrimum Sennertum, aliosq; haud infi-
mæ plebis Medicos, qui Institutiones in tyronum
gratiam conscripserunt, & ita integram nostram
artem in exiguum quoddam compendium,
quod tyronum captui esset accommodatum &
conforme, redegerunt.


Adeste, artis nostræ Cultores indefessi, frequen-
tia & solertia vestra stimulum mihi, meæq; indu-
striæ superaddite, operam dabo, & breviter, fi-
deliter ac perspicuè omnia ita proponam,
ut nulla non retundet ad Vos utilitas.

Valete!

P. P. II X. IXbris, Anno cto Ioc' LV.



nostri viciis, contumacia vulgari
penetrantiora, generosiora e
menta, quæ sola Chemia nobis
sitè præparat. Chemia nimir
dignissima, maximeq; necessari
difficillima, tædiosissima, pericu
plissima, cum tria sub se contin
le nimirum, vegetabile & min
infinita conficit medicamenta
agendo liberrima. Talia sunt
Spiritus simplices & compositi,
extracta, olea, flores, liquores,
aliaq; quæ amplurima. Ut autem
dicta legitimè præparet, puru
cernat, citò, tutò & jucundè qu
dem restituat, infinitis etiam
præparationibus, opus habet;
stillare, cohobare, rectificare,
tare, sublimare, crystallifare,
ma; quæ operationes, cum no
merosæ, sed etiam operosæ, dif
periculosæ non rarè, non uno a
sed plures hisce interdū consum
teste Gebro Chemia non quæ
sed industrium, laboriosum m
tem, sanum & firmis vjribus rec



atiora,
medica-
exqui-
o scitu
lissima,
Am-
anima-
qvibus
ta, ita
illatæ,
ncturæ,
croci,
ta jam
uro se-
tos iis-
ibus &
im de-
ermen-
npluri-
int nu-
liosæ &
ranno,
c etiam
tulum,
onstan-
orem.

Ne

5